

xv

59.

quem ego mitto vobis: quia pater procedit. Et enim
si de loco procedit sp̄s & ad locum transit. & ipse pater
in loco inuenitur. & filius. si de loco ^{loco} exit. que pater
mittit ita ut filius. Iaque de loco transiens sp̄s
atq. progrediens. & patrem sicut corpus. secundū
impias interpretationes relinquere videtur & fi-
lium. Hoc secundum eos loquor. qui putant quod
habeat sp̄s decessorum motum. Sed neq. in loco ali-
quo pater circum scribitur. quiet super omnia.
non solum corporeę nature. sed etiam inuisibilis
creature; Neq. filius suorum operum locis tempo-
ribusq. concluditur. qui super omnem est creatu-
ram. totius opifex creature; neque sp̄s veritatis.
ut pateat sp̄s. circum scribitur aliquibus finibus
corporalibus; Quicum sit incorporeus. omnem in-
tellibilem substantiam creature. inenarrabili
divinitatis plenitudine super eminē. spirandi
ubi velit. & inspirandi quomodo velit. habens
super omnia potestatem. Non ergo quasi ex lo-
co mittitur sp̄s. aut quasi ex loco procedit ex fi-
lio. sicut ipse filius cum dicit. De patre proces-